Fragmentarium

uocatos ut cum puella diſ
putarent: ait unus. O ma
gnum imperatoris conſili
um: ut hac de cauſa tot ſapi
entiſſimos muitaret. ℟. Prop
ter ueritatem. tierce lecon.
Interim certificata uirgo per
nuncium de conflictu in
craſtino ſe dño cõmendauit.
Et ecce angelus oranti appa
ruit: exhortans eam ad con
ſtanciam et prediceus ei ora
torum conuerſionē ⁊ mar
tyrium. Sequenti die ante
ceſarem inito conflictu tan
ta fuit in eius labiis diffu
ſa gratia: ut oratores in a
liquo contradicere neſcien
tes dicerent imperatori. Ni
ſi ſectam deoꝝ probabiliorē
eſſe oſtenderis: ecce omnes
conuertimur ad xpiſtum.
℟. Nobilis et pulchra prudens
katherina puella flagrat amore
dei ſpreuit uaga gaudia mun
di. ℣. Cui rex carne pater fuerat
regina q3 mater. ꝛc. Flagrat.
Gloria. ꝛc. Spreuit. iiij. lecon.

Ad hec tirannus furi
bundus fecit eos
igne cremari. Sed ueſtib3
et capillis eoꝝ illeſis ⁊ uul
tib3 eoꝝ quaſi roſeis apparē
tibus multi crediderunt in
xpiſtum. Poſt hec cum tyrã
nus uirginem emollire nõ
poſſet blandiciis uel pmiſ
ſis: expoliatam et ſcorpio
nibus ceſam tradi iuſſit
in carcerem. et ibi fame et
ſiti dieb3 duodecim cruciari.
Sed angeli uiſitantes eam
dem. et locum claritate re
plentes: cuſtodes in ſtuporē
uerterunt. ℟. Grata. v. lc.
Interea tyranno pro cauſis
emergentib3 recedente: re
gina multa paſſa per uiſũ
in nocte de puella alloquit
porphirium principem mi
licie fidelem in ſecretis. Et
ingreſſi ad eam uiderunt
claritatem mirabilem: ui
derunt etiam angelos pla
gas eius unguento circũ
fouentes. ℟. Hec eſt uirgo.

196 – 2

3

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 196, CL_196_2r – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-uc45/9861/71832)